



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

E. ardens rubus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Sic ecclesia perpetua pacis foedere per me-
 diatorem Christum (qui nulla temporis di-
 uturnitate mutatur, unde Malach. 3. Ani-
 Adonai uelo sanithi, hoc est, ego domi-
 nus qui non mutor, permanet enim Psa. 106, He.
 17. &c.) deo recõciliata, illuminata fide, & mi-
 sericordia redemptoris sanata, Ciuitas est supra
 montem posita, quæ nequaquã potest abscondi, di-
 cente Psalmographo Psalm. 86. gloriosa dicta
 sunt de te ciuitas dei: promontorium Christus
 est, cuius ueritati, tanquã fundamento quod con-
 uelli non potest, ecclesie fides innititur unde V.
 Beda. Ciuitas hæc in monte oliueti posita esse re-
 fertur, ut ecclesiam per gratiam sui conditoris
 saluandam esse designet, qui nos unctiõne spiritu-
 alium charismatum & scientiæ pietatisq; per-
 petua luce refouet, &c. Babylon autem ciuitas
 est Diaboli toto orbe terrarum diffusa: in qua
 omnis immunditia in hominibus malis pertotum
 orbem commoratur, inquit D. Augustinus.

Eccle. ciui-
 tas dei.

Babylon
 ciuitas Di-
 aboli.

ECCLESIA ARDENS
 rubus.

Hanc D. Hieronymus ardenti rubo &
 non comburenti comparat, in lib. de 24.
 mansi-

mansionibus ad Fabiolam. De rubo exo. 3. deute.
33. Marc. 12. Luc. 6. 20. Act. 7. etc. inflamma-
tur persecutionibus, sed loquente domino non
perit.

ECCLESIA TURRIS

fortissima.

Hec facit iudicium pupillo & uidue, amat
peregrinum (penitentem uere) & dat ei
uictum atq; uestitum, deuter. 10. Et
prouerb. 18. Turris fortissima, ad ipsam cur-
runt pij & exaltantur. Est inq; Arx, quæ impu-
gnari quidem potest, expugnari & deleri nun-
quam, gemina enim gigas substantiæ turri-
ger, inuigilat.

ECCLESIA SCAPHA

ueliuola petridos.

Nauis seu flata ecclesia dicitur, que Petri
est, Luc. 6. in qua Christus est. Licet in
huius mundi pelago hereticistarum passim
turbini-
bus ita agitetur ut aliquoties penè uideat-
tur obrui, est enim ad miseras & labores ab æ-
terno prædestinata: (periclitata est arca in cas-
taclyf=

*Ecclesia
cimba.*